

- dem inverfa homo est. Non impugno hanc † illorum sententiam, sed neque illum magnum errorem errare putem, qui per Concapes tignum non palos solum, ridicas, characios & reliqua pedamenta vitium radices tangentia, feu perticas quoque, quibus singulæ vites per transversum in unam ordinis partem adnecti solebant, (Columella teste) intelligit. De vitium cultura & fulciendi modo
- 14 *vid. Cic. de senect. Tignum concapes, † quod subiectum facit in l. n. quid sit, dictum est; quidnam de eo prædicetur, subnectemus, nimirum: ædibus vel vinea junctum licet furtivum, nec solvere, nec vindicare licere: In eum tamen, qui jun-*
- 15 *xisse convictus est, dari actionem in duplum.* Nec interest † an bona fide an mala junctum fuerit; hoc tamen discrimine, quod adversus m. f. possessorem actio de tigno juncto sit pœnalis, & præterea quoque in ipsum detur Rei vindicatio, & actio ad exhibendum, non quidem ut eximere cogatur tignum; huic enim incommodo obviam item est lege XII. Tab. Sed in hunc effectum, ut æstimetur, quasi dolo possidere desiit, *l. 1. §. 2. b. l. 23. §. pen. ff. de R. V. Dn. Pres. d. l. Diff. VI. apb. 45.* Ubi etiam inquirat, an b. f. possessor dupli condemnationem evitare possit, si tignum paratus est eximere? Quod affirm. *arg. l. 7. §. 10. ff. de A. R. D. l. 2. §. 17. l. ul. ff. ne quid in loc. publ.* Tum quod lex XII. Tab. non nisi ordinariam actionem ad exhibendum, & rei vindicationem impedire voluit, juxta quam invito etiam possessori res potest auferri, *l. 68. ff. de R. V.* Si vero tignum alienum † bona fide junctum, neque etiam furtivum sit, (quod omnino fieri potest, contra quam statuit Dom. Arumæus *Disp. ad ff. 8. sub fin.*) non dupli actionem, sed in factum prætoriam pretii nomine dari putat Cujacius *23. obs. 19. per l. 98. in fin. ff. de solut.* quod vix tolerandum est, propter tex-

tex-